



Disputatio juridica quinta et ultima, de curatoribus

<https://hdl.handle.net/1874/341628>

DISPUTATIO JURIDICA
QUINTA ET ULTIMA,
DE

CURATORIBUS,

QVAM
D. O. M. J.

PRÆSIDE

VIRO CLARISSIMO

D. ANTONIO MATTHÆO,

In Illustri Academiâ Ultrajectinâ, Juris

Antecessore Primario,

Publicè ventilandam proponit

LUCAS VANDE POLL, Ultrajectinus.

Ad diem 8. Decembr. horâ 9. matutinâ.



TRAJECTI AD RHENUM;

Typis Theodori ab Ackersdijck, & Gisberti à Zijll,

cl. 10. c. LII.

- Gravissimis, Consultissimis, multumque Reverendis Viris;*
- D. HENRICO à LEEUWEN. J. U. D. multâ Eruditione ac Prudentiâ Spectabili *Sens.*
- D. FRANCISCO VANDE POLL. J. U. D. Inclytæ Urbis hujus Senatori, & Ex-Scabino: nunc verò in Camera Rationum Fœderati Belgii Deputato Provinciæ hujus Amplissimo.
- D. ERASMO SCHARLAKEN, Collegii Thalassici apud Amstelodamenses Amanuensi fidelissimo, indefesso.
- Avunculis meis; illis etiam Curatoribus, Patris p. m. loco habendis atatêmque mihi honorandis, amandis.

NEC NON

- Spectatissimis, Prudentissimis cum Virtutum tum Doctrina splendore conspicuis,*
- D. ROELANDO ROELANTS. J. U. D. Causarumque in Curiâ Provinciali Ultrajectinâ Patrono discretissimo.
- D. JACOBO VANDE POLL. M. D. Solertissimo, Dignissimo, Cognatis meritò dilectis,

Fautoribus meis omnibus ac singulis

Legale hoc Exercitium,

Debitum & Observantia & Amoris Σύμβολον,

D. D. D. C. Q.

LUCAS VANDE POLL.

Resp.

DISPUTATIO JURIDICA

QUINTA & ULTIMA.

DE

CURATORIBUS.

THESIS I.

Curatio est potestas, in capite libero, ad tuendum bona ejus, qui ipse ea per ætatem, vel aliam causam tueri nequit. Estque duplex, legitima & honoraria *l. sape 13. D. de curat. furios. & al. extr. min. dand. l. 5. C. eod. Hotom. in §. sed solent Inst. h. tit. Donel. 3. com. 19. Diff. Cujac. in not. ad h. tit.* Testamento verò curator non datur, licet datus confirmari possit decreto prætoris *§. 1. Inst. de curat. l. 1. §. ult. l. 2. D. de confirm. tut.*

II.

Causæ dandi sunt, ætas minor annis xxv. furor, dementia, prodigalitas, adversa valetudo & similes. Quod autem quidam scripserunt, etiam meretrici dandum esse curatorem, satis ridiculum est, nec probat *l. & mulieri 15. D. h. tit. Sand. de prohib. rer. alien. part. 2. cap. 2. Pinel. ad l. 4. C. de bon. mat. num. 20. Forner. 2. select. 5. Gomes. 2. resol. 14. num. 33. Hotom. 4. obs. 6. Diff. Glos. in d. l. 15. Felin. in c. pastoralis de judic. num. 4. Cujac. 3. sent. Paul. 4. §. mulieri.*

III.

Prodigo non ipso jure bonis interdicitur, sed decreto prætoris *l. 6. D. de curat. furios. Paul. d. tit. 4. §. moribus. etiamsi nota sit prodigalitas hominis in vulgus. Zas. in l. 6. num. 15. & 16. D. de V. O. Sand. d. part. 2. cap. 1. num. 4. Vigl. ad §. item prodigus Inst. h. tit. Monta. de tutel. cap. 28. num. 43. Carpzov. part. 3. const. 6. def. 10. Diff. Castr. Alex. Angel. Rom. in l. si cum sciret D. pro emt. Fab. & Myns. in §. furiosi Inst. de curat.*

E 2

Quid

IV.

Quid si ei interdictum sit à prætorè, qui non prodigus, sed liberalis erat? Valet tamen interdictio, propter auctoritatem decreti prætorii. *l. pen. §. ult. D. h. tit. l. ingenuum 25. D. de stat. hom. Vigl. in §. item prodigus Inst. Quib. non est permis. fac. testam. Monta. cap. 37. reg. 2. num. 17. Carpzov. d. def. 10. Quid autem si receperit prodigus sanos mores? Non ipso jure recipit administrationem, sed alio decreto prætoris Sand. d. cap. 1. num. 17. Christin. ad Mechl. tit. 19. §. 29. num. 2. Grot. 1. manud. 11. Argentr. ad conf. Brit. art. 497. Rebus. de sent. provis. art. 3. glos. 4. num. 26. Diss. Boër. decis. 23. num. 39. & 40. & ad Bitur. tit. 1. §. 8. glos. 2. Sanxo. ad Turo. tit. 32. §. 2. glos. 3. Monta. d. loc. num. 12. & 13. Cujac. 3. sent. Paul. 4. §. prodigus. G. Pup. decis. 260.*

V.

Quid si ante interdictionem prodigus damnosè contraxerit, an facta interdictione jure minoris in integrum restitutionem impetrare poterit? Non poterit, arg. *l. Iulianus 10. D. h. tit. Argentr. art. 491. glos. 1. Sand. d. part. 2. cap. 1. num. 15. Odd. de restit. in integr. quest. 11. num. 9. Diss. Monta. cap. 28. num. 45. Goedd. de contrah. stipul. cap. 7. num. 161. Fachin. 2. contr. 67. Rebus. d. glos. 4. num. 7.*

VI.

Mutis & surdis curatores dantur §. *sed & mente captis. Inst. h. tit.* His an cæci jungendi, dubitatum. Donellus quidem jungendos censuit, *9. com. 10.* Sed cum legibus destituatur, meritò sententia ejus repudiatur. *Sand. d. tract. part. 1. cap. 1. §. 1. num. 5. Ias. ad l. 8. C. Qui testam. fac. pos. Sich. ibid. num. 15. Fab. Cod. Sabaud. tit. de testam. def. 28. in fin. not. Barry. 1. de succes. 7. num. 38. in fin.*

VII.

Porro tutor invitis pupillis datur: an curator quoque invitis adolescentibus? Negat Imp. in §. *item invit. Inst. h. tit.* Affirmat Ulpianus in *l. 1. & 2. D. de minor. an. Iul. Capitol. in vit. Marc. Anto.*

*Anto. Agnoscit pugnam Revard. i. var. 17. Rectius concilia-
tioni student, impari licet successu, Baro, Hotom. VVes. & alii ad
d. s. item inviti. Duar. ad pr. tit. D. de minor. Pac. cent. 2. anin.
88. Cujac. ad l. 1. D. de minor.*

VIII.

Parentes liberis, liberi parentibus curatores esse possunt. l. 1.
*in fin. & l. 4. D. de curat. furios. & al. nov. 115. cap. 3. §. si quis
de predictis. & cap. 4. §. si liberos. Fratres fratribus & sororibus
l. 5. C. h. tit. Maritum verò uxori curatorem dari non oportet.
l. virum 14. D. eod. l. 2. C. Qui dar. tut. poss. l. 4. C. de Excus. tut.
Nec adversatur §. pen. Inst. eod. Vide post. glossogr. Baro. Hotom.
VVes. Bachov. in d. §. pen. Monta. de tutel. cap. 35. num. 38. & seqq.*

IX.

Tutor personæ datur, curator verò rebus. §. certa autem rei
*Inst. Qui testam. tut. dar. poss. §. datus autem Inst. de Excus. tut.
l. in copulandis 8. C. de nupt. Nec repugnat l. quod ne 8. D. de a-
dopt. l. consilio 7. pr. D. de curat. furios. l. 4. C. de auctor. præs. Sed
si curator fortè certis rebus datus fuerit, an invitus earum rerum
administrationem suscipere cogitur? Distinctione res tempe-
randa est, Vide nov. 117. cap. 1. Molin. ad conf. Paris. tit. 1. §. 6.
num. 9. & Gutier. de tutel. part. 1. cap. 19. num. 17. Sand. 2.
tit. 9. def. 11.*

X.

Tutorem habenti tutor non datur. Curatorem habenti quo
minus curator detur, regula juris non est impedimento l. ventri
*20. §. 1. D. de tut. & curat. dar. Nec reclamatur l. curatorem haben-
ti 10. C. Qui dar. tut. vel cur. poss. Glos. in d. §. 1. verb. regula &
in d. l. 10. verb. curatorem. Monta. cap. 29. num. 32. Donel. 3.
com. 18. in fin.*

XI.

Pupilli sinè tutoribus suis non obligantur l. obligari 1. D. de
*auctor. tut. Puberes verò sinè curatoribus suis & naturaliter, &
civiliter obligantur. l. puberes 101. D. de v. O. l. in copulandis 8.
C. de nupt. l. ait prator 7. §. 1. l. non omnia 44. D. de minor. l. 9.*

§. *si minor* D. de jurej. Cujac. in d. l. *puberes*. Vult. *discept. scholast.*
16. Hotom. pr. *Inst. de curat.* VVesf. pr. *Inst. de auct. tut.* Aliter Pac.
8. *antin.* 99. & Fab. dec. 6. de error. pragm. err. 9. Diff. Duar.
& Donel in d. l. *puberes*. Godd. in l. *princeps* D. de V. S. *Monta. cap.*
30. num. 103. Carpzov. *part. 2. const.* 15. def. 25. num. 10. *Fach.* 3.
contr. 9.

XII.

Pupillus sine tutoris auctoritate hereditatem quamlibet lu-
crofam adire nequit §. 1. *Inst. de auct. tutor. d. l. obligari* §. *heredi-*
tatem D. eod. Pubes vero sine curatore hereditatem adire potest l.
5. §. 1. l. *per curatorem* 90. D. de *acquir. vel amit. hered. l. cum in*
una 17. §. 1. D. de *appellat. l. 1. C. In quib. caus. in integr. resti. ne-*
cess. non est. l. 3. C. de *acceptil. l. 1. §. curatori* D. ad. SC. *Trebel.*
Cuj. in d. l. *puberes* & 19. *obs.* 33. Diff. Donel. 7. *com.* 9. Robert. 1.
antimad. 12. Godd. ad l. *princeps* D. de V. S.

XIII.

In judicio neuter consistere potest sine tutore vel curatore
suo, nisi in causa momentanea possessionis l. 1. 2. & 3. C. *Qui*
legit. perso. stand. in jud. Excipiunt Dd. & causam matrimonii
Marant. part. 4. de judic. dist. 16. num. 47. *Gail.* 2. *obs.* 108. num.
9. *Monta. de tutel. cap.* 33. num. 614. Verum hæc exceptio Pon-
tificio quidem juri consentanea est: civili nequaquam. *Sand.* 1.
decis. tit. 3. def. 2.

XIV.

Pupillus procurator ad negotia esse potest, non ad lites. l. 1. §.
parvi autem refert. D. de *exerc. act.* Pubes, dummodo major annis
xvii. & ad lites procurator dari potest. l. 1. §. *initium* D. de
postul. Cujac. 22. *obs.* 16. Donel. 18. *com.* 3. Hotom. & Gipha. ad
§. *justa* *Inst. Quib. ex caus. man. non lic.* Diff. Duar. ad *tit. de pro-*
cur. cap. 4. *Zaf. in l. minor* § 1. D. de *procur.* Myns. *Schneid.* alii in
d. §. *justa.*

XV.

Furiosus & prodigus sine curatoribus suis ne quidem natura-
liter obligantur, l. 1. §. *furiosum* D. de O. & A. l. *is cui* 6. D. de V.
O. §.

O. S. furiosus *Inst. de inutil. stipul.* Nec adversatur l. Marcellus 25.
D. de fidejus. Cujac. & Duar. in d. l. 6. Donel. *ibid.* num. 15. Fab. 8.
consect. 5. & 6. Robert. 2. recept. lect. 17. & ult. Cont. 2. lect. 3.
Adde Rav. 2. var. 9.

XVI.

Quantum ad acquisitiones attinet, furiosus & prodigus
minimè æquiparantur. Furiosus enim nullum negotium rectè
gerit d. 3. furiosus *Inst. de inutil. stipul.* Prodigus verò quæ si-
bi emolumento sunt, gerere sinè curatore potest l. ex castrensi
18. §. servos D. de cast. pecul. Potest sibi stipulari d. l. 6. de V.
O. novare l. 1. D. de novat. hereditatem adire l. 5. §. 1. D. de
adq. vel. amit. hered. Cujac. ad d. l. 6. Monta. de tutel. cap. 28. num.
38. Everb. loc. à minor. ad furios. num. 8.

XVII.

In delictis quoque evidens est inter furiosum & prodigum
discrimen. Furiosus enim delinquere non intelligitur l. 5. §. Et
ided quærimus D. ad leg. Aquil. l. infans 12. D. ad leg. Corn. de
ficar. l. Divus. 14. D. de off. pras. l. pœna 9. §. ult. D. ad leg. Pomp.
cum simil. Prodigus verò ex delictis suis, non minus atque alii
sux mentis homines, tenetur. Monta. d. cap. 28. num. 48. Fa-
rin. quest. 94. num. 46. Clar. §. fin. quest. 60. num. 10. Carp-
zov. 3. prax. crim. quest. 118. num. 28. Neque admittimus
distinctionem delictorum, utrum omittendo, an commit-
tendo contrahantur. Diss. Clar. d. num. 10. Farin. d. loc.
num. 47.

XVIII.

Diligentiam eandem curator, quam tutor debet: id est exactam,
non exactissimam. Monta. de tutel. cap. 32. reg. 9. à pr. Præter
res caducas nil quicquam sinè decreto alienare potest l. 2. 4. &
tot. tit. C. de præd. min. sin. decr. non alien. l. lex que 22. C. de ad-
min. tut. Si malè gesserit, ii quorum negotia neglecta vel dittra-
cta sunt, eadem habent privilegia in bonis curatorum, quæ pu-
pilli in bonis tutorum l. pro officio 20. C. eod. l. dabimusque 19. &
seqq. D. de reb. auct. jud. possid.

Fini-

XIX.

Finitur etiam curatio iisdem ferè modis, quibus tutela: a tate, morte, tempore, excufatione, & remotione. Peculiariter verò finitur impetratione veniæ a tatis. Hanc folus princeps concedit, non etiam magiftratus *l. 2. & tot. tit. C. de his qui ven. et. impetr. l. 3. pr. D. de minor. nec quibusvis minoribus, fed frugi: maribus quidem fi jam expleverint annũm xx. fœminis verò fi xviii. d. l. 2.*

XX.

Quid fi pœniteat minorem veniæ, an adverfus impetrationem reftitui potest? Tametsi fint qui ex gravi caufa reftitutionem concedant: fint etiam qui diftinguant, innotuerit impetratio, nec ne: *Duar. ad tit. C. de his qui ven. et. impetr. Odd. de reftit. in integr. quæft. 23. art. 10. Monta. cap. 37. num. 38. 39. Vix tamen eft, ut alterutra fententia defendi poffit.*

XXI.

Impetrata veniâ res mobiles minor fuo arbitratu difponere potest, perditque factus beneficium in integrum reftitutionis *l. 1. C. eod.* Res verò immobiles alienare vel oppignerare finè decreto non potest *l. 3. C. eod.* Inde quæfitum, an res immobiles in iudicium deducere poffit? Negat *Duarenus d. loc. eo quod deductio in iudicium comparatur alienationi l. iusjurandum 17. §. fi tutor D. de iurej.* Verum aliis argumentis fententiam fuam defendat necesse est: ab alienatione ad iudicium non procedere argumentum, evidenter oftendunt loca fequentia. *l. 1. §. fufficit & feqq. l. 3. §. apparet D. de admin. tutor. l. 1. §. item quæri potest, & §. feq. D. de reb. cor. qui sub tutel. vel. cur. Vide Monta. de tutel. cap. 37. num. 59.*

XXII.

Si ftatutum pro majore habeat eum, qui explevit annos *xviii. vel xx.* an perdit ille beneficium reftitutionis in integrum ex edicto minoribus annis *xxv.* competens? Perdit: utique in illis in quibus pro majore habetur: *arg. d. l. 3. C. de his qui*

qui ven. etat. impetrav. Argent. ad Brit. art. 462. glos. 1. & 3.
Odd. derestit. in integr. quast. 15. art. 9. num. 78. VVames. cent. 1.
consil. 26. Tuld. ad rit. C. de his qui ven. in fin. Cuyck. ad Cravet.
consil. 722. Idem ergo judicandum de eo statuto, quod mino-
rem contractis nuptiis in classem majorum transfert. arg. l.
illud quastum 32. D. ad leg. Aquil. l. possunt 12. & l. seq. D. de
LL.



HONO-

STON VAN GOEST

L. L.

H O N O R I
O R N A T I S S I M I
D. R E S P O N D E N T I S.

TV quoque doctorum fies, ò POLLE, Virorum,
Sordida qui Vulgi contemnens gaudia, Legum
Incumbis studio totus, Themidosque Volumen
Nocturnâ versare manu, versare diurnâ
Pergis & in sacram tandem descendis Arenam
Intrepidus, fretus studiis & acuminis meritis:
Monque illinc pugna summâ cum laude peractâ,
Victor abis, sociis præbens gratantibus aures.
Maacte animo! cœptumque isto pede confice cursum:
Sic jure imbutum quondam veterique novoque
Ad summos ducet te JUSTINIANVS honores.

Gratulabundus posui
SIMON VAN SOEST
LL. S.